Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Biblia Latina - Cod. Aug. perg. 154

[Reichenau ?], [14. Jh.]

Schmuckinitiale

urn:nbn:de:bsz:31-42065

Visual Library

ri congementa. et vexatrices priori
bus supervenerunt. non sine illis que ante facta
erant argumentis per vim fulminum.
Iuste enim patiebantur secundum suas nequi
tias. Etenim detestabiliorem inhospitali
tatem instituerunt. Alii quidem igno
tos non recipiebant advenas. alii autem
bonos hospites in servitutem accipi
ebant. et non solum hec. sed et alius quidam
respectus erat illorum. quoniam inviti reci
piebant extraneos. Qui autem cum letitia
receperunt hos qui eisdem usi erant iusti
tiis. sevissimis afflixerunt dolori
bus. Percussi sunt autem cecitate sicut illi in foribus
iusti. cum subitaneis cooperti essent te
nebris. unusquisque hostii sui transitum
querebat. In se enim elementa dum convertuntur
sic in organo qualitatis sonus immuta
tur. et omnia suum sonum custodiunt. Unde et
estimari ex ipso certo visu potest. Agre
stia enim in aquatica convertebantur. et quecumque
erant natantia in terra transiebant.
Ignis in aqua valebat supra suam virtutem.
et aqua extinguentis nature oblivisceba
tur. Flamme econtrario corruptibilium
animalium non vexaverunt carnes coam
bulantium. nec dissolvebant illam
que facile dissolvebatur sicut glacies
bonam escam. In omnibus enim domine ma
gnificasti populum tuum et honorasti et
non despexisti in omni tempore et in omni loco
assistens eis. Explicit liber Sapientie. In
cipit prologus in librum Ecclesiasticum.

Multorum nobis et
magnorum per
legem et prophe
tas aliosque
qui secuti sunt
illos sapientia de

monstrata est. In quibus oportet laudare
Israel doctrine et sapientie causa. quia
non solum ipsos loquentes necesse est peritos esse
etiam extraneos posse et dicentes et scri
bentes doctissimos fieri. Avus meus Iesus
postquam se amplius dedit ad dilige
ntiam lectionis legis et prophetarum et aliorum
librorum qui nobis a parentibus nostris tradi
ti sunt. voluit et ipse scribere aliquid horum
duntaxat que ad doctrinam et sapientiam
pertinent. ut desiderantes discere
et illorum periti facti magis magisque at
tendant animo et confirmentur ad le
gitimam vitam. Hortor itaque vos
venire cum benivolentia et attentio
ne studio lectionem facere et veniam habe
re in illis in quibus videmur sequentes
imaginem sapientie et deficere in verborum
compositione. Nam deficiunt verba he
braica quando translata fuerint ad
alteram linguam. Non solum autem hec. sed
et ipsa lex et prophete ceterorumque aliorum librorum
non parvam habent differentiam quando inter se
dicuntur. Nam in octavo et tricesimo
anno temporibus ptolomei evergetis
regis postquam perveni in egyptum. et
cum multum temporis ibi fecissem.
inveni libros relictos non parve neque
contemnende doctrine. Itaque bonum
et necessarium putavi et ipse aliquam
addere diligentiam et laborem
interpretandi istum librum. et multa
vigilia attuli doctrinam in spatio
temporis ad illa que ad finem ducunt
librum dare. et illis qui volunt animum
intendere et discere quemadmodum oporteat insti
tuere mores qui secundum legem domini pro
posuerunt vitam agere. Explicit prolo
gus. Incipit Ecclesiasticus.